***RINUNCIA DI ANNA CAMILLA BORGHESE***

**//952 recto**

**Die 18 Aprilis 1685 Ind.[ne] Pon'us s'mi D.N. Papæ Innocentý XI.[mi] Anno**

Coram Per Ill.[i] et ad.[mo] Exc.[te] D. Bernardino Jacobello JV D. Curiaq. Capitolÿ 2° Coll'i Romanæq. Cur. eius Districtus Jud.[rio] et competente ad interponend. decreta in Contractibus mulier' et minor' special'r dep.[to] seden' pro Trib'li in loco in'ito super quadam sede quam sedem, et quem locum pro eius iuridico, et congruo loco elegit, et deputavit. meque Notario et testibus infrascriptis presens, et personaliter existens D'na D. Anna Camilla Burghesia[i] filia D. Principis D. Jo'is Bap'ta Burghesÿ[ii], mihi& cognita maior annorum viginti prout med.[tis]& asseruit, et dicto D. Judici prò Tribunali ut Suprà sedenti ad explicationem mei notarÿ exposuit, et narravit fuisse nuper Divina Favente' Clementia stabilitum matrimonium per verba de presenti inter ipsam D. exponentem mediante persona pred.[i] D. Principis sui Genitoris ex una, et D. Don Franciscum Picum[iii] filium primogenitum D. Don Alexandri Pici[iv] à Mirandola Ducis ex altera partibus cum dote et dotis nomine scutorum Centum millium moneta

**//952 verso**

Romana decem iuliorum pro scuto[v] per d.[m] D. P'n'pum eius Patrem præfato D. Don Fran.[co] suo futuro Sponso dictoq. D. Alexandro illius Genitori promissorum, et post effectuationem huiusmodi matrimonÿ solvendum ac modo, et forma, ac sub conditionibus, declarationibus, cautelis, at alÿs contentis, et expressis in Capitulis matrimonialibus desuper stabilitis, et subscriptis, quorum copia fuit mihi tradita ad effectum inserendi in p'nti Instr'o tenoris& à me notario integrè de verbo ad verbum perlecta, et ab eadem D. Don Anna Camilla intellecta. In quibus quidem capitulis fuisse inter cætera conventum, quod ipsa D'na Exponens debeat validè, et Legitimè, ac cum solemnitatibus opportunis acceptare p'tam summam scutorum Centum millium, pro congrua, et totali dote sibi debita à d.[o] D. P'n'pe tam uti eius Genitore', quam ratione cuiuscumque Legitimæ, et illius supplementi, ac pro quibuscumq. alÿs Juribus, et vigore cuiuscumq. testamenti, fideicommissi, seu Primogenituræ in domo, er familia Burghesia quomodolibet existen' ac pro omni, et toto eo, quod ex quocumq. titulo, et causa tam cogitata, quam incogitata, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente petere, pretendere et consequi posset ab eodem D. P'n'pe eius Patre' ac à d.[a] eius Domo, ita' et taliter, quod ipsa contenta

**//953 recto**

et integraliter satisfacta esse debeat de sup'ta summa scutorum Centum millium in omnibus, et per omnia reservatis solum apud ipsam D. Exponentem Juribus, quæ eidem competere possunt in casibus vocationum ad eius favorem contentarum in quocumq' fideicommisso, et Primogenitura, et prout diffusius in prædictis capitulis ad quæ& Quapropter agnoscens eadem D. Exponens ipsam fuisse, et esse condecenter ac honorificè, et sufficienter dotatam in d.[a] summa scutorum Centum millium per d.[m] D. Principem eius Genitorem ad formam dictor' capitulor' promissorum, et suis debitis temporibus persolven' et traden' atq' cum huiusmodi dote' stabilitum reperiri matrimoniu cum suprad.[o] nobilissimo Viro eius conditioni condecenti; necnon asserens esse plenissimè contentam, et satisfactam non solum de huiusmodi dote verum etiam de cauthelis, modisq' et formis circà illius solutionem, et consignationem in eisdem capitulis conventis, ac etiam ob singularem amorem, quo prosequitur præfatum D. eius Genitorem summoperè de ipsa Exponente' benemeritum, ergà quem omnem liberalitatem exercere, ac etiam benevoli animi propensionem ostendere intendit, descrivisse in exequutionem dictorum Capitulor' matrimonialium, atq' præfatæ eius benevolentiæ, et Liberalitatis eandem do-

**//953 verso**
tem cum dictis cauthelis, modisque, et formis in ipsis Capitulis stabilitis pro omni, et toto eo, quod ut supra petere, vel prætendere, et consequi posset acceptare, et alias ut infr'a ad favorem prædicti dilectissimi Genitoris disponere. In executionem igitur præmissorum eadem D'na Don Anna Camilla agens omnia infra'pta cum decreto, et auctoritate suprad' D. Judicis ut supra pro Tribunali sedentis ac præsentia, et consensu verbo, et voluntate Ill.$^{mor}$ et Rev.$^{mor}$ Joannis Fran.$^{civi}$, et Jacobi Boncompagnis$^{vii}$ eius ex latere materno proximior' consanguinen' ex quo alios magis proximos, et coniunctis de d.$^{o}$ latere materno hic in Urbe minimè habere affermavit, qui celebrationi huius In'stri pro his die et hora commodè, et validè intervenire possint prout medio iuram.$^{to}$ tactis& affirmavit ibidem præsentium, et infrascriptis omnibus consentientium, eorumq' consensum pariter, et assensum necissarium et opportunum dantium, et præstantium, similiter Juram.$^{to}$ tactis& asserentium in hu'oi negocio nullum proprium, aut particulare habere interesse, præfata et infradicenda omnia non tendere in damnum, præiudicium aliquod d.$^{æ}$ D. Exponentis attentis superius narratis, et de eis esse ad plenum informatus et nihilominus eadem D'na' Don Anna Camilla

**//954 recto**
renuncians eodem Juram.$^{to}$ tactis& benef. Sen. Cons. Vell. Auth. si qua mul. L. Jul. de fund. dot. ac cuicumque restitutioni in integrum principaliter, vel incidenter, absolutioniq. à Juram,$^{to}$ necnon Statutis Urbis, et illorum novis reformationibus, cæterisq. alÿs Legibus, et Statutis, Lequmq. et Statutorum auxilÿs, privilegÿs quoque, et indultis ad eius et mulierum favorem quomodolibet facientibus, ac quibus mediantibus contra præsens Instr'um et in eo contenta quæcumq. quovis modo facere vel venire posset, quibus ullo unquam tempore uti nolle promisit, nec illa ullo modo allegare sub quovis prætextu& certiorata per d.$^{m}$ D. Judicem quid sint, quid importent, et quem effectum habeant, necnon ad cauthelam, et quatenus opus sit et requiratur cum præsentia quoque, et consensu suprad.$^{i}$ D. Principis Don Jo'is Bap'ta eius Patris ibidem ut supra præsentis, et consentientis omni meliori modo& Dicta inquam D'na' Don Anna Camilla cum decreto, consensibus, et renuncÿs antedictis informata, ut asseruit de supradictis Capitulis matrimonialibus sic ut supra perlectis, omnibusq. in eis contentis, et nihilom.$^{s}$ per me& ad plenum certoriata mediante eorumdem Capitulorum lectura sibi coram d.$^{o}$ D. Judice, et testibus

**//954 verso**
infrascriptis de verbo ad verbum facta sponte& in executionem eorumdem Capitolorum, ac alias omni meliori modo& acceptavit ac solemniter approbavit, ac acceptat et approbat sup'tam Summam scutorum Centum millium m$^{.tæ}$ Rom.$^{æ}$ pro Congrua sufficienti, et totali dote sibi per d.$^{m}$ D. P(ri)n(ci)pem tam uti eius Genitorem, quam ratione cuiuscumq. Legitimæ, illarumq. supplementi, vel alterius cuiuscumq. portionis, ac pro quibuscumq. alÿs Juribus, et vigore quorumcumq. testamentorum, donationum, fideicommissorum, et Primogeniturar' in d.$^{a}$ Familia, et Domo Burghesia quomodolibet existen', et demum pro omni, et toto eo, quod ipsa ex prædictis, et alÿs quibuscumq. titulis, seu causis tam cogitatis, quam incogitatis, ac specialem, et magis individuam mentionem, et expressionem requiren' petere, prætendere et consequi posset ab eodem D. Principe eius Patre, dictaq. sua Domo, et Familia Burghesia: prout etiam simili modo acceptavit, et approbavit, ac acceptat, et aprobat conditiones, cauthelas, ac modum, et formam, et alia conventa in eisdem supradictis Capitulis circa solutionem, et consignationem dicta dotis supradicto D. Don

Fran.[co] dictoque D. Don Alexandro illius Genitori facien' per eumdem D. Don Jo'em Bap'tam eius Patrem: prout

**//955 recto**
in ipsis Capitulis continutur.  Eumdemq. D. P'n'pem Don Jo'em Bap'tam ut supra præsentem ac pro se suisq. hæredibus, et successoribus acceptantem, et una mecum notario Legitime stipulantem, ex nunc pro quando solutio prædictæ dotis ad formam dictor' penitus absolvit de omni, et toto eo, quod ex titulis, causis, rationibus, et juribus præfatis petere, vel prætendere, aut consequi ut supra posset, ac generalem generalissimam finalem, et finalissima' quietantiam fecit etiam per Aquilianam stipulationem præcedentem, ac mutuam acceptilatione' subsequentem promittens expresse tam eius nomine, quam illius filiorum seu hæredum, nihil plus unquam petere pro Juribus, et causis supradictis etiam per pactum& renuncians cuicumq. exceptioni& speiq.& et non solum isto sed et omni alio meliori modo& quia sic& et non alias aliter& reservato tantummodo ad favorem ipsius D'næ Don Annæ Camillæ qiusq. filior' et descendentium jure succedendi in Primogenituris, cohæreditatibus quibus ipsa, et sui& ex forma quorumvis testamentorum, donationum, et Primogeniturar' aliarumq. dispositionum quomodolibet vocati essent.
Huismodi autem acceptationem, quietantiam, et pactum

**//955 verso**
de nihil plus petendo d.[a] D'na Don Anna Camilla cum dictis decreto consensibus, et renuncÿs fecit& ex quo declaravit ipsam esse, et fore condecenter et sufficienter dotatam in d.[a] summa scutorum Centum millium à præd.[o] D. P'n'pe eius Patre, ut supra promissorum, et tradendorum modo, et forma prout continetur in supra enunciatis Capitulis;
De qua quidem dote, ac de cauthelis modoq. et forma quoad illius solutionem, et consignationem in eisdem Capitulis matrimonialibus ut supra conventis ex nunc pro quando soluta fuerint se bene contentam, et satisfactam ut supra vocavit.
Et si præfata D. Don Anna Camilla quidquam plus jure aliquò prætendere possit super bonis Domus Burghesia, et d.[i] D. Principis eius Patris sivè ex causa congrua dotis, sivè Legitima eiusq. supplementi sivè ex quacumq. alia causa cogitata vel incogitata ad quamcumq. etiam maximam summam ascenden' totum id plus salva quietantia, et pacto supradictis renunciat et donat donatione irrevocabili, quæ fieri dicitur inter vivos af favorem præfati D. Principis eius Patris, eiusq. hæredum, et successorum, quia vult erga ipsum liberalitatem exercere ad maiorem conservationem splendoris, et decoris familiæ Burghesiæ, atque

**//956 recto**
ex summa animi sui benevolentia erga Genitorem adeò de ipsa benemeritum, et quia sic de rebus fuit ipsi disponere placuit, et plaut.
Reservatis tamen, et firmis inviolabiliter manentibus apud ipsam D. Exponentem eiusq. filios, hæredes, et successores juribus omnibus, et singulis, quæ eidem, et eisdem respective competere possent in casibus vocationum contentarum in quibuscumque fideicommissis, aut Primogenituris, quatemus prædicti casus evenerint, et purificentur, quæ Jura nullatenus cadant, nec comprehensa censeantur sub prædicta acceptatione, quietantia, renunciatione, et donatione sed semper intelligant' expresse exceptuata, et nullo modo ab ipsa D. Don Anna Camilla eiusq. filÿs, et successoribus abdicata, nec in aliqua diminuta, aut immutata itarit evenientibus casibus prædictis libere possint exerceri.
Promittens eadem D. Don Anna Camilla cum eisdem quibus supra decreto consensibus, et solemnitatibus hu'oi acceptationem, quietantiam, renunciationem, donationem, ac alia omnia, et

singula in præsenti Instr'o contenta et expressa semper, et perpetuo attendere, observare, et inviolabiter adimplere, ac esse, et fare bonas, validas, et legiti-

**//956 verso**

mas, ac bona, valida, et legitima, beneque valida et legitime facta, et pro talibus omni futuro tempore manutenere, nec illas, seu illa ullo unqua' tempore impugnare, aut revocare, vel annullare, sivè de eorum nullitate, vel invalidare dicere aut aliter contra illas, et illa se opponere facere, vel venire per se ipsam vel alium, seu alÿs directe vel indirecte tacite vel expresse in iudicio vel extra prætextu etiam ænormis, et ænormissimis lesionis, aut insufficientiæ dotis, vel propter supervenientiam filiorum sivè ex defectu, vel in subsistentia causæ, et alio sub quovis prætextu ingenio causa, vel quæsito colore etiam remotis et incogitatis, ac in corpore juris clausis, et hic non expressis, ac necessario forsam exprimendis ac quibus acceptatio, et quietantia renunciatio, et donatio huiusmodi revocari, et annullari de jure posset, aut aliquam restitutionem in integrum, vel absolutionem à iuramento, aut aliud quodcumq. beneficium, seu remedium ordinarium, vel extraordinarium per viam gratiæ, vel iustitiæ petere, vel impetrare, aut petitis vel impetratis non uti etiamsi Principis rescripto, et gratiose vel motu proprio concederentur; quibus omnibus et singulis necnon benef. Leg. si unquam Cod. de

**//957 recto**

revocan donat. ac Legi 2.$^{a}$ Cod. de rescind. vendit. ac etiam Legi cum ÿs, et de ÿs H. et Cod. de transtatutisq. Nobis, et illorum nonis Reformationibus uterisq. Legibus, et Statutis, Legumq. et Statutor' auxilÿs privilegÿs quoque, et indultis ad favorem d.$^{a}$ D. Anna Camilla quomodolibet facien' sens Instrumentum, et in eo contenta quæcumque quomodolibet facere, vel venire posset etiam medio iuram.$^{to}$ tactis& renunciavit certiorata pariter per d.$^{m}$ D. Judocem de illorum importantia, et effectu, eisque ullo unquam tempore uti nolle promisit alias& de quibus&

Atque simili obligatione promisit quod eadem acceptationem, quietantiam renunciationem, et donationem observabunt, nec ullo modo impugnabunt sub quovis titulo, et prætextu ipsius D. Don Annæ Camillæ filÿ hæredes, ey successores quicumq. alias&

Ulterius eadem D'na' D. Anna Camilla licet credat huiusmodi renunciationem, et donationem tanquam factam coram Judice, et ex alÿs circumstantÿs non indigere insinuatione nihilominus ad maïorem cauthelam, et Jura Juribus addendo fecit, et constituit suum Procuratorem& D. Petrum

**//957 verso**

Angelum Donninu' p(rese)nt ad ipsius D'næ D. Annæ Camillæ nomine, et pro ea specialiter, et expresse comparendum coram quocumq. D. Judice Ordinario, et ad id facultatem habente, illiq. easdem acceptationem, renunciationem, et donationem, omniaq. alia, et singula in hoc Instr'o contenta in executionem, et adimplementum Statutor' Urbis insinuandum, et notificandum, ac in actis alterius cuiusuis notarÿ redigi, et registrari mandari, ac decretum, et authoritatem eiusdem D'ni Judicis desuper interponi petendum faciendum, et obtinendum, omniaq. alia, et singula pro validitate insinuationis huiusmodi ex forma dictorum Statutorum Urbis necessaria, et opportuna peragendum cum facultate etiam substituendi& et generaliter& promittens& relevans& super quibus&

Pro quibus omnibus observandis& dicta D. Anna Camilla cum solemnitatibus supradictis obligavit [*illeggibile*]

**//958 recto**

[*illeggibile*]

***RINUNCIA DI ANNA CAMILLA BORGHESE***

Actu' Romæ in Palatio solitæ residentis D'n Principis Burghesis presentibus Ill.[mu] D Equite Niccolo Egidis fil bon mem Julis Marius Politiani ac Ill. D Tiezzio Burghesio fil bon mem Alphonsi senense testibus qui subscripterunt ut infra'tta cum dicta D. Anna Camilla

I*o Anna Camilla Borghese affermo quanto di sopra*
*Io Niccolo Egidj fui presente a quanto di sopra mano p(ro)p(ri)a*
*Io Tiezzo Borghesi fui presente a quanto di sopra m.[o] p(ro)p.[a]*

i Anna Camilla Borghese (11/2/1662-29/9/1715), figlia di Giovanni Battista Borghese (14/10/1639-8/5/1717), Principe di Sulmona, e di Eleonora Boncompagni (7/7/1642-9/9/1695), sposa nel 1684 Francesco Pico (26/10/1661-19/4/1689) Duca di Mirandola, e nel 1694, in seconde nozze, Antonio del Giudice (1657-1733), Principe di Cellamare

ii Giovanni Battista Borghese (14/10/1639-8/5/1717), Principe di Sulmona, figlio di Paolo Borghese (20/1/1624-24/6/1646) e di Olimpia Aldobrandini (20/4/1623-18/12/1681), sposa nel 1658 Eleonora Boncompagni (7/7/1642-9/9/1695)

iii Francesco Pico (26/10/1661-19/4/1689), figlio di Alessandro Pico (30/3/1631-2/2/1691), Duca di Mirandola, e di Anna Beatrice d'Este (1626-25/9/1690), sposa nel 1684 Anna Camilla Borghese (11/2/1662-29/9/1715)

iv Alessandro Pico (30/3/1631-2/2/1691), figlio di Galeotto Pico (1605-9/6/1637), Duca di Mirandola, e di Maria Cybo Malaspina (29/12/1609-13/12/1652), sposa nel 1656 Anna Beatrice d'Este (1626-25/9/1690)

v Una cifra enorme considerando che l'appannaggio annuale di un Cardinale era di 3 o 4000 scudi.

vi Giovanni Francesco Boncompagni (1643-27/2/1690), figlio di Ugo Boncompagni (9/7/1614-28/10/1676), Duca di Sora, e di Maria Ruffo (29/12/1620-5/5/1705), Monsignore

vii Giacomo Boncompagni (15/5/1652-24/3/1731), figlio di Ugo Boncompagni (9/7/1614-28/10/1676), Duca di Sora, e di Maria Ruffo (29/12/1620-5/5/1705), Arcivescovo di Bologna dal 1690, Cardinale dal 1695, zio di Anna Camilla Borghese (11/2/1662-29/9/1715)